

LXIX. LAVERNAE (*Prezza*).

Prezza ubi nunc est, ibi fuisse olim Lavernas pagum innotuit ex n. 3138. Eius ex auctoribus unus meminit Plutarchus Sull. 6 narrans de M. Lucullo: ἐκπεμπομένου δ' αὐτοῦ μετὰ δυνάμεως εἰς τὸν συμ-μαχικὸν πόλεμον χάσμα τῆς γῆς μέγα γενέσθαι περὶ Λαβέρνην. Non exiguum fuisse inde intellegitur, quod non solum aedem habuit Bonae

deae sacram (n. 3138), sed etiam theatrum factum ex pagi decreto (n. 3137). Fuit sub magistris pagi quattuor (n. 3138), quorum casu solo opinor tres tantum n. 3137 nominantur. Utrum Sulmonensium fuerit an Corfiniensium, nescimus; quamquam propius abest Sulmo.

**3137** litteris vetustis. Prezzae rep. a. 1853 (1852 GARR.) *alla contrada S. Giovanni* CIR. GARR. Est ibi *nella cantina di Antonio Sandonato*.

T · ANNIVS · T · F · RVFVS  
L · SEPTIMIVS · SA · F · DENTIO  
L · ANNIVS · T · F · GRITTO · MAGISTR  
EX · PAGO · D · SCAINA · FAC · COIR  
5 T · ANNIVS · T · F · RVF · L · T · F · GRITTO  
PROBAVERVNT

Recognovit Dressel. Est in vol. I n. 1280 et in tabula Ritscheliana XCIV E. Cirelli 16, 197; Garrucci *Bull. Nap. N. S.* 2 (1853) p. 56, cui misit archipresbyter loci; Henzen *Bull. dell' inst.* 1855 p. XXVI et in syll. n. 6594.

5 T · F · GRITTO Dressel recte, IT · F · GRITTO Brunniius, IT · F · GRITTO tabula Ritscheliana.

**3138** [= 5351] Prezzae in ecclesia S. Luciae *murata nel vano ove pendono i pesi dell' orologio*.

L · STATIVS · CN · F · CHILO  
L · PETTIVS · C · F · Pansa  
C · PETTIVS · V · F · GEMELLVS  
L · TATTIVS · T · F · COXSA  
5 · MAGISTR · LAVERNEIS  
MVRVM · CAEMENTICIVM  
PORTAM · PORTICVM  
TEMPLVM · BONAE · DEAE  
PAGI · DECRETO · FACIENDVM  
10 CVRARVNT · PROBARVNTQ<sup>ue</sup>

Recognoverunt Brunn et Dressel. Est in vol. I n. 1279 et in tabula Ritscheliana LXIV J. Antinori, cui excipit Dominicus Baccarius, in schedis (unde edidi *Bull. dell' Inst.* 1846 p. 179) et apud Amadutium anecd. litt. II p. 466 (cf. III p. 467); Cirelli 16, 197 ex schedis Giuliani et ab archipresbytero Frattaroli. Orelli 3270. 4944.

5 in punctum est, non quod tabula dat c elementum.

**3139** litteris pulchris. Sub Prezza in parte postica ecclesiae S. Mariae de Loreto.

RAVIT

Dressel descripsit. Ed. A. de Nino apud Fiorellium *not. degli scavi* 1878 p. 299.

**3140** [= 5396] litteris magnis et vetustis. Sub Prezza in ecclesia S. Mariae de Loreto in epistyllo portae. In eodem lapide postea incisum est: A · D · M · CCC · XXIII.

T · HERENNIVS · V · F · SER · BASSI

Recognovit Dressel. Antinori ms. a Carolo Bossio et Dominico Baccario; de Costanzo *odeporico* f. 238; Cirelli 16, 197.

**3141** [= 5411] Prezzae in ecclesia S. Margaritae. Non repperit DRESSEL.

OCTAVIA · C · F · MATER · POSVIT

Antinorio excipserunt Dominicus Baccari et Navarrol; Cirelli 16, 198 ex schedis Giuliani.

**3142** Prezzae; periit.

L · SERVIL · . . .  
. . . ACCA · ER · . . .

Cirelli 16, 198 ab archipresbytero Frattaroli.

**3143** tria fragmenta eiusdem tituli litteris magnis scripti. Prezzae in turri campanaria intus.

L · VARI  
AR | VS · C

Recognovit Dressel. Cirelli 16, 197 ex schedis Giuliani. Cirellius sic:

C · VARIVS · C · F  
L · VARIVS · C ·

LXX. CORFINIVM (*Pentima*). *Tribu Sergia*.

Corfinii capitis Paelignorum (Strabo 5, 4, 2 p. 244: Κορφίνιον τῆν τῶν Παλιγνῶν μητρόπολιν: Marrucinis attribuit Silius 8, 522 errore) annales antiqui non magis quam Sulmonis meminerunt, nisi quod Silius l. c. mentionem eius incit. Videtur tamen oppidum mature effloruisse maxime propterea, quod cum ad viam Valerianam situm esset, ibi ab ea divertebant qui Aterno transito aut Amiternum petebant aut Interamnā; quarum viarum etsi itineraria non supersunt, pontis tertio a Corfinio lapide meminerunt Caesar (b. c. 1, 16: *recepto Asculo . . . Caesar . . . Corfinium contendit; eo cum venisset, cohortes quinque praemissae a*

Domitio ex oppido pontem fluminis interrumpēbant, qui erat ab oppido m. p. circiter III) et Strabo (5, 4, 2 p. 244: Ἄτερνος . . . ζεύγματι περατός . . . διέχει δὲ τὸ ζεύγμα τέσσαρας καὶ εἴκοσι σταδίους ἀπὸ Κορφινίου). Marsico bello Italici eam urbem caput esse voluerunt etiam nomine mutato, ut Italia pro Corfinio esset. Velleius 2, 16: *caput imperii sui, inquit, Corfinium legerant atque appellabant Italicum*. Item Strabo l. c.: Κορφίνιον κοινὴν ἄπασιν τοῖς Ἰταλιώταις ἀποδείξαντες πόλιν ἀντὶ τῆς Πρώτης ὀρμητήριον τοῦ πολέμου μετονομασθεῖσαν Ἰταλικὴν καὶ ἐνταῦθα δὴ τοὺς συνεπομένους ἀθροίσαντες καὶ χειροτονήσαντες ὑπάτους